

perpetuum. Notificamus universis ecclesie Christi fidelibus presentibus et futuris. qualiter ministerialis noster Cuonradus de Raminata resignavit nobis duo mancipia. quorum hec sunt nomina. Folwen et Thieelwen. que habuerat a nobis in beneficio. pro quibus hoc a nobis efflagitavit. ut ea apud Raminatam ad capellam sancti Dyonisii ad jus censualium altaris daremus. Ejus petitioni libenter annuentes. easdem prenominatas feminas censuales altaris beati Dyonisii in supradicta capella fecimus. ita videlicet. ut per singulos annos ad idem altare duos denarios. vel tantumdem cere persolvant. ac tam ipse quam omnis posteritas earum sub lege censualium absque ullius contradictione de cetero teneantur. atque cum aliquis ex eis obierit. quicunque ejusdem altaris provisor fuerit. optimum animal defuncti. vel si animalia non habuit. optimam vestem illius accipiat. proximus vero heres reliquam hereditatem tollat. si autem herede caruerit. tota hereditas ipsius ad altare pertineat. Volumus autem ut tam ipse quam postere earum. ac omnes ad summum monasterium pertinentes. sicuti duos persolvunt denarios. ita nubentes duos persolvant solidos. quemadmodum apud nos consuetudo est. Ut autem hec nostra donatio tam ecclesie. quam supradictis censualibus rata et inviolabilis in posterum permaneat. cartam hanc in testimonium facte rei conscribi ac testibus annotatis sigillo nostro signari fecimus. Hi autem testes affuerunt. Reinhardus prepositus Raminatensis ac omnes fratres ejusdem ecclesie. Ministeriales vero Helpradus et Thiedericus frater ejus. Bruno. Bernhardus de Draspe. Heinricus ejusdem provisor ecclesie et alii multi.

### B e i l a g e 45.

Einige freien Standes werden Wachszinsige der seligen Maria in Kemnaden. 1150 bis 1160.

*Ex Originali.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Conradus Dei gratia Corbeiensis aecclesiae abbas omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris in perpetuum. Notificamus universitati vestre. quod quidam homines libere conditionis. se Domino Deo et beatae MARIE in Raminatensi aecclesia absque alienus contradictione obtulerunt. et in jus censualium ad altare ipsius. et sanctae Margaretae sese dederunt. ea conditione ut quisque eorum singulis annis Ilos Denarios vel tantumdem cerea persolvat; et in presenti albam valde bonam in testimonium hujus facti Sanctis obtulerunt. Nomina autem eorum haec sunt: Athelwart. et soror ejus Hileka cum tribus pueris suis. quorum no-

mina haec sunt, Athelwart, Reinsuuit, Haleka, cum omni deinceps eorum progenie. Cum aliqua femina illarum nupserit, sicut duos denarios ad altare, ita duos solidos Custodi aeccliae persolvat. Quisquis eorum obierit, qui est virilis sexus, optimum caput; quae autem femina optimam vestem ad altare afferat. Ne autem aliquis hominum injusta Dominatione predictos homines sibi usurpet, vel aliqua violentia opprimat, hanc cartam eis scribi fecimus, signantes eam sigillo nostro. Testes hujus facti hii assuerunt: Ipse Dominus Abbas qui tunc fuit prepositus Kaminatensis aeccliae, et omnes fratres et Ministeriales ejusdem aeccliae, Arnoldus Clericus Provisor aeccliae forinsecus, et filius ejus Heinricus Clericus, Bruno de Helen, Conradus de Rana, Helpradus, et frater ejus Thidericus, Thidericus Advocatus et frater ejus Reimbertus et multi alii.

(L. S.)

Sigillum idem ac apud Falk, nisi quod facies magis rotunda sit et crassa. Inscriptio autem omnino deleta est.

### Beilage 46.

Rechte des Sadelhoses Schapen in der Graffshaft Lecklenburg,  
wozu auch das Holzgericht im Speller Walde gehört.

Dyt syn dye Rechte dye gehoren yn den Hoff to Schaphen als die Houselude in den vorß. Haue gewist hebn Von eirsten so wanner sye komen unde erschynent yn dem vorß. Haue up sent Peters Dach ad Cathedram und hebn ore rechte Renthe betalt als sich dat gebort dair Wynnen sy oir Recht mede mit Costaninge des Richters to behalden mit ener haluen Mark yn deme dat he so alt sy dat men oen moge hören uit den vyr Wenden des seluen gelick der frowen gerade mit dreyn Schillingen und wert Sacke dat dye Here des nicht en wolde so mach dat Kynt dair setten synes Baders Stail und leggen dar up eyn Kessen und leggen dye halue Mark up dat Kessen und trecke dat Kessen van dem Stole und laten dye halue Mark valen und gaen voirt an, dar mede fall he syn Recht behalden hebn. Ind ist eyn Dochter dye mach des seluen gelicken doen, und dye sal so oir Recht wynnen und beholden mit dreen Schillingen vortan so fall eyn itlick Housman alle Zare syh verschinen up sent Peters Dach ad Cathedram yn den vorß. Hoff und bewysen dair dem Heren eynen Hoixsam mit enim Her schilling Ind alle dye gene eruen en synt dye mogen syh dan vort kerden und wenden oistwart westwart off wair hen sye willen In wat Steden se dan synt dair fall sye dye Here vornuen und vordedingen und fall se vort veligen ass und to vor syue Anspakte. Item wert ock Sacke dat der vorß. Eude enich nicht en quemen des irsten Zairs de fall den Heren gebrukt hebe